Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Remigio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

una quae et tali modo semper sit: nomine dil-
ectissimo et cultu sincerissimo caritatis
ob servando atque amplectendo. Haec
Augustinus etc. Alibi quoque de eo sic
scribit: Sanctus Ieronimus presbyter greco hebreo et lati-
no eloquio eruditus in locis sanctis atque
litteris sacris usque ad decrepitam vixit e-
tatem, cuius nobilitas eloquii ab oriente
in occidentem instar solis lampas
resplenduit. Prosper autem in suis
cronicis de eo sic ait: Ieronimus presbyter in Bethle-
em toti iam mundo clarus habitabat
egregio ingenio et studio universe eccle-
sie serviens. Ysidorus vero in libro ethi-
mologiarum ait: Ieronimus trium linguarum extitit peritus,
cuius interpretatio ceteris antefertur,
nam et verborum tenacior est et perspicuitate
clarior atque ut pote christiano interpre-
tatior. In dyalogo quoque Severi discipuli
sancti Martini, qui eius tempore fuit, sic de Ie-
ronimo scriptum habetur: Ieronimus praeter fidei meritum dotemque
virtutum non solum latinis atque grecis, sed et
hebreis litteris instructus est, ut se illi in omni
scientia nemo audeat comparare. Cui iugis
adversus malos pugna perpetuumque
certamen. Oderunt eum heretici, quia eos impug-
nare non desinit; oderunt clerici, quia vitam eorum insec-
tatur et crimina. Sed plane eum boni homines
et mirantur et diligunt. Nam qui eum here-
ticum esse arbitrantur insaniunt. Totus
semper in lectione, totus in libris est, non die
neque nocte requiescit, aut legit aliquid semper
aut scribit. Haec Severus. Et sicut ex his verbis
patet et sicut ipse sepe testatur, multos
persecutores et multos detractores passus
est. Quam tamen persecutores quam libenter sus-
tinuit patet ex eo quod sic dicit in epistola
ad Asellam: Gratias ago deo meo quod dignus
sum quem odit mundus. Et maleficum
me garriunt, sed scio ad regnum
pervenitur per infamiam et bonam famam. Ac
utinam ob domini mei nomen atque iustitiam uni-
versa me infidelium turba persequatur. Utinam in
obprobrium meum seculi consurgat hic mun-
dus tantum ut merear a domino laudari et sue
pollicitationis sperare mercedem. Grata namque
et desideranda temptatio est, cuius premium ex-
spectatur in celo. Nec maledictum grave est
quod divina laude mutatur. Obiit autem
anno domini ccc. xxviij.

De sancto Remigio

De nomine

Remigius dicitur a re-
mige, quod est navis ductor, vel a re-
mis, quae sunt instrumenta qui-
bus navis ducitur, et dicitur gyon lucta-
tio. Ipse enim ecclesiam gubernavit a peri-
culo naufragii et eam duxit ad portum
paradisi. Et pro ea luctatus est contra insidias
dyaboli. Remigius regem et gentem
Francorum ad fidem convertisse dicitur. Habebat
enim rex uxorem nomine Crotildim christia-
nissimam, quae virum suum ad fidem nitebatur
convertere, sed nequibat. Cum autem filium ge-
nuisset, ipsum baptizare voluit, sed
rex tandem omnino prohibuit. Illa
autem quiescere non valens hoc a rege tandem
obtinuit et filium baptizavit. Qui
dum baptizatus esset, subito est defunc-
tus. Cui rex ait: Nunc apparet quod ex-
ilis est deus vester, quia eum per quem fides eius pote-
rit sublimari, incolumem conservare non
potuit. Cui illa: Immo in hoc a deo
meo valde me diligi sentio, quia
primum fructum ventris mei ipsum
recepisse cognosco. Qui regnum in-
finitum tuo melius filio meo largi-
tus est. Concepit autem iterum et filium
alium peperit, quem sicut primum cum in-
stantia baptizari fecit. Sed et
ex subito infirmatus ita quod de eius
vita desperatur. Dixitque rex uxori

re debilis esset et tantus quod nullum bapti
zatum in suo nomine iuxta conservare po
test. Nam si mille genus et cunctos
baptizavimus omnes simul perierunt. Sed tamen po
stea convaluit et sanitatem recepit. in quo postea
perdurans regnavit. Cum fidelis mulier vi
rum suum ad fidem reducere conabatur. Sed
ille modis omnibus resistebat. Qualiter
autem ad fidem conversus est in alio festo scilicet epi
phanie dictum est. Volens autem predictus rex
Clodoveus tres annos Remensem ecclesiam
dotare beato Remigio dixit ut quantum
circuiret dum ipse in meridie dormiret ei
daret. et factum est. Sed cum quidam mole
dinum suum haberet inter fines beati Remi
gii molendinarius ipsum dum circuiret
cum indignatione repulit. Cui dixit
Remigius. amice non sit tibi durum ut
hoc molendinum in simul habeamus. At
ille ut eum reiecit. statim tota mo
lendini rota in contrarium verti cepit. Clamavit
ergo post sanctum Remigium dicens. Serve dei
veni et habeamus pariter molendinum.
Cui ille. Nec meum nec tuum erit. Statimque se terra
aperuit et penitus molendinum
deglutivit. ¶ Previdens Remigi
us famem futuram. cum in villa quadam
bladi cumulos congregasset. ebria
ti rustici et senis prudentiam deri
dentes ignem supposuerunt. Quod il
le audiens illuc venit et propter frigore
etatis et vespertini temporis se calefacere
cepit et tranquillo corde dixit. Sem
per focus bonus est. verumtamen qui hoc fe
cerunt et posteri eorum in genitalibus rup
ti. femine gutturose efficiuntur. Quod
sic in illa villa evenit quousque per
Karolum sunt dispersi. ¶ Notandum autem
quod unum festum sancti Remigii quod agitur
in mense ianuarii est beati eius obitus

ipsius. istud autem de quo agitur est de eius
sacri corporis translatione. Cum enim cor
pus post ipsius obitum ad ecclesiam sanctorum Ti
mothei et Apollinaris cum feretro de
ferretur. secus ecclesiam sancti Christofori corpus
adeo ponderosum fuit quod nullatenus moveri
potuit. Tandem coacti rogaverunt ut
eis ostendere dignaretur si forte in illa
ecclesia sancti Christofori. ubi nulle reliquie
sanctorum quiescebant sepeliri vellet.
Statimque corpus levissime sustu
lerunt et ipsum ibi honorifice posuerunt.
Ubi cum multa miracula fierent ecclesiam
ampliaverunt et circa retro altare fossa
cum effossa corpus ibi reponere vellent
movere nullatenus potuerunt. Cum autem
orationibus pernoctassent et media noc
te omnes pariter obdormissent.
sequenti mane scilicet kalendas octobris invenerunt
sepulchrum cum corpore sancti Remigii
in illa cripta ab angelis deportatum.
Quod cum post longum tempus in pulchri
ore capsa eadem die cum capsa argen
tea translatum est. Floruit circa annum
domini ccccxc. De sancto Leodegario .ii.

Leodegarius dum dei virtute pol
leret et Edilmensis ecclesie nunc in
pontificem promovetur. Qui dum Lota
rio rege decedente. curam regni
gereret promoveret. voluntate dei et principum
consilio Childericum fratrem Clotarii
adolescentem valde ydoneum pre
fecit in regem. Sed Ebroinus Theodo
ricum ipsius Childerici germanum prefi
cere nitebatur. Non propter regni commo
dum. Sed quia de potestate electus et
omnibus odiosus erat regis et principum
.. verebatur. Timens ergo Ebroinus sen
tentiam regis perrexit et monaste
rium intravit quo concedente rege et tem